

CAPUT VIII.

DE CONFECTIONIBUS.

§. I.

CONFECTIONES SIC DICTÆ:

CONFECTIO ALCHERMES.

R Cinnamomi electi,
 Granorum Chermes ana drachmas sex;
 Santali citrini derafi,
 Coralliorum rubrorum lævigatorum,
 Margaritarum lævigatarum . . . ana drachmas tres;
 Foliorum Auri drachmam semis,
 Syrupi Chermesini uncias sexdecim:
 Syrupus calefiat, & linteo raro percoletur: tum M. B.
aliquantum evaporet. Tepenti Syrupo cætera pulve-
rata probe admisceantur. Materia diebus aliquot fer-
mentescat; postea admittis Auri Folis in fictile vi-
treato Confectio reponatur.

N. Quum hæc completa, ut vocant, Confectio præ-
 scribitur, Ambræ cineraceæ dimidium granum ad
 singulas ejusdem drachmas addendum est.

CONFECTIO ANACARDINA.

R Anacardiorum,
 Succini albi præparati ana unciam unam;
 Cubebarum,
 Gummi Arabici,

Radiciis

DE CONFECTIONIBUS. 117

Radicis Valerianæ . . . ana semunciam,
 Castorei Rusliensis . . . drachmas tres,
 Mellis colati . . . libram unam:
 Melli adhuc tepido omnia rite pulverata admisceantur.

CONFECTIO HYACINTHINA.

R Hyacinthorum lævigatorem . . . unciam semis,
 Coralliorum rubrorum præparatorum,
 Boli Armeniæ purificatæ,
 Oculorum Cancrorum præparatorum,
 Scobis Cornu Cervi . . . ana unciam unam:
 Radicum Tormentillæ,
 Dictamni albi,
 Granorum Chermes,
 Seminum Citri detracto cortice,
 Rosarum rubrarum abscissis unguibus;
 Myrrhæ electæ,
 Santali citrini,
 Croci Orientalis . . . ana drachmas duas,
 Foliorum Auri,
 Argenti . . . ana drachmam semis,
 Sacchari albi sicci . . . libras duas,
 Succu Limonum recens expressi . . uncias duas:
 Præparata denuo lævigentur, & cum cæteris (exceptis
 Croco, Argenti, & Auri foliis) simul tritis, & per
 sericum bis trajectis bene commisceantur. Crocus
 calore leni exsiccat, & in pulverem tenuissimum
 redactus seorsum seruetur. Tum Saccharum clarifi-
 ca: ad Electuarii solidi consistentiam decoque: ad-
 ditoque Limonum Succo post brevem ebullitionem
 in

118 DE CONFECTIO NIBUS.

in vas stanneum effunde. Tepefacto Syrupo Pulverem, assidue agitando, partim insperge: tandem Crocum in mortariolo lapideo cum Aqua Citri subactum, & dilutum adjice, diuque commisce.

Per dies octo Confectio hæc identidem remiscenda; & cum fermentescere desierit, Auri Argentique Folia addenda sunt.

CONFECTIO PASSULATA.

R Foliorum Sennæ uncias quatuor;
Aquæ communis libras quatuor;
Sacchari albi,
Passularum minorum ana libram unam,
Olei essentialis Citri guttas viginti:

Foliis Sennæ affundatur Aqua fervens ad extrahendam tincturam: in qua percolata decoquantur Passulæ: tum Pulpa per cribrum trajecta cum Saccharo tabellato assidua agitatione, lenique calore in Electuarium redigatur; & cum refrixerit, addatur Essentia Citri modico Saccharo commista.

N. Catharticum, quod in Officinis nostris Passulatum vocatur, ex tempore fieri potest adjecta drachma una Radicis Jalappæ pulveratæ ad semunciam Confectionis passulatæ.

CONFECTIO VULGO CONSERVA CASSIÆ.

R Radicis Liquiritiæ mundæ, & incisæ . . uncias tres;
Foliorum Malvæ manipulos tres;
Aquæ communis libras quatuor:
Fiat

DE CONFECTIONIBUS. 119

Fiat Decoctum, in quo percolato clarifica, & ad tabellarum modum decoque

Sacchari albi libras tres,

Tum adde

Pulpæ Cassiæ recenter extractæ . . . libras tres,

Seminum Melonum cribro traje-

ctorum uncias quatuor:

Lento igne evaporent, continenter movendo, ad justam consistentiam.

§. II.

ELECTUARIA.

ELECTUARIUM DE BACCIS LAURI.

R

Baccarum Lauri uncias duas,

Mastiches,

Myrrhæ,

Olibani ana unciam unam,

Costi Arabici,

Cyperi rotundi ana semunciam,

Olei expressi e Baccis Lauri

Terebinthinæ Cipriæ ana uncias tres,

Mellis colati . . . libram unam cum dimidia:

Melli reperfato Terebinthina, & Oleum laurinum simul liquefacta adjiciantur. His deinde reliqua pulverata ex cribro inspergantur; & rite omnia commiscendo fiat Electuarium.

ELE

ELECTUARIUM DE JUNIPERO.

℞

Rob Juniperi,
 Mellis albi colati ana libram unam;
 Baccarum Juniperi uncias quatuor;
 Cinnamomi electi,
 Corticum Aurantium exsicca-
 torum ana semunciam:
 Mel, & Rob leni calore simul liquecant, quibus cæ-
 tera in pulverem trita admisceantur.

ELECTUARIUM DIAPHŒNICUM.

℞

Pulpæ Dactylorum libram unam;
 Turpethi uncias quatuor;
 Radicis Liquiritiæ mundæ uncias duas;
 Scammonii Syriaci unciam unam, & semis;
 Mellis colati libras duas, & uncias octo:
 Dactyli ab officulis, & interiore corticula mundati in
 Aqua bulliant: deinde per cribrum trajecta Pulpa
 cum Melle ad superflui humoris exhalationem, lignea
 spathula assidue agitando, leniter coquatur. His te-
 pefactis Scammonium separatim pulveratum, cæte-
 risque subtiliter tritis commistum, semper agitando
 ad perfectam omnium permissionem inspergatur.

ELECTUARIUM DIASCORDII.

℞

Pulveris Diascordii uncias decem;
 Mellis albi colati libras tres:
 Melli

DE ELECTUARIIS. 121

Melli adhuc tepido admisceatur Pulvis; & fiat Electuarium ad octo fere dies identidem agitandum.

ELECTUARIUM HIERÆ.

R Pulveris Hieræ uncias sex;
Mellis albi colati libras duas;
Melli tepenti adjiciatur Pulvis; & probe miscendo fiat
Electuarium.

ELECTUARIUM LENITIVUM.

R Radicum Polypodii querni uncias quatuor;
Foliorum Sennæ mundæ uncias duas,
Mercurialis manipulos tres,
Aquæ communis libras octo:
Sennæ Foliis affundantur Aquæ ferventis libræ duæ, fac-
taque maceratione per horas sex coletur Tinctura. In
Aquæ reliquo infunde Radices Polypodii mundas, &
contusas: ad medias decoque: tum adde Mercuria-
lis Folia; & post brevem ebullitionem exprime, &
cola Decoctum, in quo bulliant, quantum satis,
Prunorum dulcium enucleatorum uncia sex:
per cribrum trajiciatur Pulpa: tum

R Pulpæ hujus,
Tamarindorum;
Cassia,
Conservæ Violarum cribro tra-
jectæ ana uncias sex;
Sacchari albi in Sennæ Tinctura liquati, & in cras-
sum

Q

sum

sum Syrupum cocti . . . : libras duas :
 Pulpæ cum Syrupo ad humoris supervacui evaporatio-
 nem continenter movendo super ignem lenem deti-
 neantur : post addita Conserva fiat Electuarium, cu-
 jus tepefacti libris singulis admisceatur
 Pulveris Foliorum Sennæ mundæ . . . fescuncia;

ELECTUARIUM TRIPHERÆ PERSICÆ.

R Succi purificati Solani hortensis,
 Endiviæ ana uncias sex ;
 Sacchari albi libram unam ;
 Pulpæ Tamarindorum uncias sex ;
 Rhabarbari uncias duas, & semis,
 Myrobalanorum citrinarum,
 Mastiches electæ,
 Santali citrini derafi ana semunciam ;
 Macis drachmas duas :
 Saccharum cum Succis clarifica : per pannum cola, &
 in Syrupum decoque : deinde Tamarindorum adie-
 cta Pulpa tantum coquendo perge, quantum neces-
 sariæ evaporationi sufficiat. His tepefactis cætera
 simul pulverata insperge, & misce in Electuarium.

MITHRIDATIUM.

R Castorei Russiensis ;
 Croci,
 Olei Nucistæ expressi ;
 Succini,

Tereb

Terebinthinæ Cypriæ,
Galbani veri, & puri,
Myrrhæ,
Gummi Arabici... ana unciam unam cum dimidia,
Radicum Acori,

Costi Arabici,
Aristolochiæ rotundæ,
Valerianæ,
Zedoariæ ana unciam unam;

Foliorum Dictamni Cretici,
Marrubii albi,

Rutæ,
Serpilli,
Pulegii,

Florum Junci odorati,
Chamæmeli,
Polii montani,
Stœchados Arabicæ;
Tanaceri,

Seminum Ammi,
Dauci Cretici,
Cardamomi minoris;

Cubebæ ana drachmas decem;

Opii electi drachmas sex,

Mellis albi colati triplum omnium,

Vini malvatici quantum sufficit:

In ea Vini quantitatæ, quæ satis sit, Opium dissolutum,
& linteo percolatum Melli calenti diligenter admif-
ceatur: cui postea tepenti Oleum Nucis moschatæ
una cum Terebinthina liquefactum optime commif-

Q₂

cendo

cendo adjiciatur : tum ab igne remoto vase cætera omnia in Pulverem tenuissimum trita, & bene commista (excepto Croco, qui seorsum pulveratus, & Vino dilutus postremo addendus est) ex cribro sensim inspergantur, baculo ligneo continenter revolviendo, donec totus Pulvis Mellis, & rebus aliis probe admistus, & perfecte in unam massam coacta sint omnia. Tum in amplo vase, cujus tertia saltem pars vacua remaneat, reponatur Confectio, ut facile subigi possit; neque interea erumpat, dum fermentescet.

THERIACA ANDROMACHI

R Trochiscorum Scillæ uncias sex,
 Viperarum siccatarum,
 Trochiscorum *Ædychroi*,
 Piperis longi,
 Opii Thebaici ana uncias tres;
 Iridis Illyricæ, vel Florentinæ,
 Rosarum rubrarum rescissis unguibus,
 Succis Glycyrrhizæ,
 Seminis Napi agrestis,
 Summitatum Scordii,
 Opobalsami, vel Olei Nucistæ expressi,
 Cinnamomi,
 Agarici ana unciam unam, & semis;
 Costi,
 Nardi Indicæ,
 Summitatum Dictamni Cretici,

Rha-

Rhapontici Orientalis,
Radicis Pentaphylli,
Zingiberi,
Foliorum Marrubii,
Stœchados Arabicæ,
Florum Junci odorati,
Seminis Petroselinæ Macedonici,
Florum Nepetæ,
Cassie lignæ,
Croci,
Piperis albi,
 nigri,
Myrrhæ,
Olibani,
Terebinthinæ Cypriæ. . . . ana drachmas sex,
Radicis Gentianæ,
Meu Athamantici,
Radicis Valerianæ,
Nardi Celticæ,
Amomi,
Chamæpitys,
Florum Hyperici,
Malabathri,
Summitatum Polii montani;
 Chamædrys,
Carpobalsami,
Seminis Anisi,
 Fœniculi,
 Cardamomi minoris;
 Seseleos Massiliensis,
 Ameos,

Ammeos ,
 Thlaspi ,
 Succi Hypocystidis ,
 Acaciæ ,
 Gummi Arabici ,
 Styracis Calamitæ ,
 Terræ Lemniæ ,
 Chalcitidis ustæ , vel Vitrioli viridis ad albedinem
 calcinati ,
 Sagapeni ana drachmas quatuor ,
 Radicis Aristolochiæ tenuis ,
 Summitatum Centaurii minoris ,
 Seminis Dauci Cretici ,
 Opopanacis ,
 Galbani Orientalis puri ,
 Bituminis Judaici ,
 Castorei electi ana drachmas duas ,
 Mellis albi despumati libras quatuordecim ,
 Vini optimi quantum satis :
 Selecta probe omnia, mundata, & ordine disposita (præ-
 ter Opium, Chalcitidem, Terebinthinam, & Oleum
 Nucis moschatæ) redigantur in Pulverem tenuissi-
 mum, qui per sericum trajiciatur; ea tamen ca-
 vatione adhibita, ut, Arida dum conteruntur, his Oleo-
 sa, Gummi, & Succi partitim commisceantur. Vi-
 peræ, Schœnanthus, Nardus Indica forfice minutim
 concisa, optimeque dein contusa cum mucilagine
 Tragacanthi recipiantur in massam: hæc autem sic-
 cata teratur: iterum mucilagine imbuta siccetur, in
 subtilem Pulverem redigenda, qui cæteris admiscea-
 tur.

tur. Opium dissolvatur in sufficiente quantitate Vini, & per linteum trajiciatur: Chalcitis quoque Vino dissoluta coletur. His ita dispositis præsto sit ahenum amplum stanno obductum, in quo leni igne supposito liquefiat Mel: cui liquato pedetentim, atque iteratis vicibus affundantur Chalcitis, & Opium dissoluta, continenter remiscendo: post Oleum Nucistæ una cum Terebinthina liquatum: quibus probe commistis sensim ex cribro inspergatur Pulvis, baculo ligneo assidue agitando, donec omnia in unum commista, & adunata sint. Tunc vase ab igne sublato assidue agitentur, dum frigesiant. Electuarium in amplo vitreato vase reconde, & ad menses aliquot interdum agita.

THERIACA DIATESSARON.

℞ Radicum Gentianæ,
Aristolochiæ rotundæ,
Myrrhæ,
Baccarum Lauri ana uncias quatuor;
Mellis optimi colati libras quatuor:
Fiat Electuarium.

THERIACA TAURINENSIS.

℞ Pulpæ Scillæ per cribrum tra-
jectæ. libram unam, & semis;
Terebinthinae Cypriæ,
Olei expressi Nucistæ,

Succi

Succi Liquiritiæ,
Opī,
Viperarum siccatarum . . . ana uncias novem;
Cinnamomi,
Myrrhæ . . . ana uncias octo;
Balauftiorum,
Benzoe electi,
Crocī,
Gummi Arabici,
Olibani . . . ana uncias ſex;
Radicum Angelicæ odoratæ,
Dictamni albi,
Coſti Arabici,
Contrayervæ Hiſpanicæ;
Serpentariæ Virginianæ,
Iridis Florentinæ,
Gentianæ,
Valerianæ,
Summitatum Calaminthæ montanæ;
Chamæpitys,
Polii montani,
Scordii . . . ana uncias quinque;
Baccarum Lauri,
Seminum Cardamomi minoris,
Citri,
Petroſellini Macedonici,
Sefeli Maſſilienſis . . . ana uncias quatuor;
Vitrioli viridis ad albedinem cal-
cinati . . . drachmas decem;
Spicæ Indicæ,
Caſtorei

Castorei Ruffienfis ana uncias duas,
 Mellis albi colati triplum,
 Vini Malvatici quantum sufficit:
 Paretur Electuarium ad normam Theriacæ Andromachi.

§. III.

TABELLÆ.

TABELLÆ AD BOTIUM.

R Pulveris ad Botium uncias sex,
 Sacchari albi sicci, & pulverati libram unam,
 Mucilaginis Tragacanthi quantum sufficit:
 In mortario misceantur: tum addita per partes mucilagine, pinfendo cogantur in massam, ex qua formantur Tabellæ calido loco siccandæ.

TABELLÆ DE ALTHÆA.

R Pulveris Radicis Althææ unciam unam, & semis,
 Sacchari albi libram unam:
 Cum mucilagine Tragacanthi fiant Morfelli.

TABELLÆ DE GLYCYRRHIZA.

R Pulveris Radicis Liquiritiæ,
 Amyli ana unciam unam, & semis,
 Iridis Florentinæ semunciam,
 Sacchari albi libram unam, & semis:
 R Cum

Cum Tragacantho in Aqua Florum Aurantiorum soluto
fingantur Rotulæ.

TABELLÆ DE SEMINE SANTONICO.

R Seminis Santonici unciam unam,
Myrrhæ semunciam,
Sacchari albi libram unam:
Cum mucilagine Tragacanthi fiant Tabellæ perexiguæ.

TABELLÆ DE TRIBUS, SEU SACCHARUM
NITRATUM.

R Nitri puri unciam unam,
Chrystalli Tartari semunciam,
Sacchari albi libram unam,
Mucilaginis Tragacanthi . . . quantum satis:
Fiant Tabellæ.

TABELLÆ DIACARTHAMI.

R Pulveris Diacarthami uncias tres,
Sacchari albi pulverati libram unam:
Cum Tragacantho in Aqua soluto fiant Tabellæ.

TABELLÆ DIARRHODON.

R Pulveris Diarrhodon . . . unciam unam, & semis,
Sacchari albi libram unam:
Cum solutione Tragacanthi redigantur in massam, ex
qua fiant Tabellæ. T A.

TABELLÆ DIARRHODON CUM
RHABBARO.

℞ Pulveris Diarrhodon,
 Rhabbari . . . ana unciam unam, & semis,
 Sacchari albi libram unam,
 Mucilaginis Tragacanthi . . . quantum satis:
 Formentur f. a. Tabellæ.

TABELLÆ DIATRAGACANTHI.

℞ Pulveris Diatragacanthi additis
 Seminibus unciam unam, & semis,
 Sacchari albi libram unam:
 Misce, & cum mucilagine, ut supra, Tabellas confice.

TABELLÆ PERLATÆ, VULGO
MANUS CHRISTI.

℞ Margaritarum præparatarum . . . unciam unam,
 Sacchari canti pulverati libram unam:
 Cum Tragacantho Aqua Citri dissoluto formentur Mor-
 felli.

TABELLÆ ROSATÆ.

℞ Rosarum rubrarum resectis unguibus
 ficcatarum unciam unam,
 Sacchari albi clarificati, & in Electuarium solidum
 cocti libram unam, & semis,
 Succu Limonum drachmas duas:
 R 2 Rosas

Rosas in subtilem pulverem tritas, & Succo Limonum asperfas fervente Saccharo permisce: tum vase ab igne remoto indefinenter agita baculo ligneo, donec Saccharum spissari incipiat: mox supra chartam effunde, & adhuc tepens in Tabellas divide.

TABELLÆ VIOLATÆ.

R Succi Violarum mundatarum recens expressi uncias tres,
 Sacchari albi pulverati libras duas,
 Iridis Florentinæ pulveratæ unciam unam:
 Saccharum moderato igne in vase idoneo siccet, & spathula continenter agitando incalescat: cui Radicis Iridis Pulverem, postea Violarum Succum adde, & commisce: tum ex materia effusa, ut supra dictum est, Tabellas confice.

§. IV.

TRAGEMATA.

TRAGEMATA DE CHINACHINA.

R Chinachinæ selectæ unciam unam,
 Extracti sicci Chinachinæ uncias tres,
 Sacchari albi clarificati libras tres:
 Pulverata, & commista in pelvim æneam inde: tum supposito igne moderato paulatim affunde Saccharum in Syrupum coctum, & pelvim assidue versa, donec

donec omnino Pulvis Saccharo obductus in grana
coalescat.

TRAGEMATA DE SEMINE SANTONICO.

R Seminis Santonici,
Radiciſ Serpentariæ Virginianæ ana drachmas ſex,
Jalappæ,
Rhabarbari . . . ana unciam unam,
Sacchari albi clarificati . . . libras tres:
Fiant ex Arte Tragemata.

C A P U T I X.

DE TROCHISCIS.

TROCHISCI ALBI, SEU SIEF ALBUM.

R Ceruſſæ Aqua Roſarum ablutæ,
dein ſiccata . . . drachmas decem,
Sarcocollæ . . . drachmas tres,
Amyli,
Gummi Arabici . . . ana drachmam unam;
Caphuræ . . . drachmam ſemis:
Fiat omnium Pulvis, qui in mortario bene commiſtus,
paullulum Aquæ ſenſim inſpergendo, & aſſidue tun-
dendo redigatur in maſſam, ex qua formentur Tro-
chiſci calido loco ſiccandi.

TRO-